

Universitätsbibliothek Paderborn

Acta Ecclesiae Mediolanensis

Acta Synodalia Dioecesana Ecclesiae Mediolanensis, Pars Secunda

Borromeo, Carlo

Brixiae, 1603

De Sacramento Ordinis. Rubricae, seu instructiones.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11399

Iutem animæ tue? R. Pœnitet.
Et quod toties recidisti in peccata post
acceptam ab eo misericordiam?
R. Doleo.

Nonne cognoscis tibi opus esse Dei
misericordia, & quod meritis passionis
Iesu Christi pœnitens saluaberis?
R. Cognosco.

Poterit etiam quandoq; cohortari,
& facere, vt eo modo quo potest, secum
oret, etiam vulgari sermone, si opus sit,
aliquo ex infra scriptis modis, prout vi-
derit expedire animæ morientis.

In manus tuas Domine commando
spiritum meum: redemisti me Domine
Deus veritatis.

Domine Iesu Christe, ob virtutem
tuæ sanctissimæ passionis, iube me ad-
scribi in numerum electorum tuorum,
adiuua me Redemptor meus in hac ex-
trema necessitate; succurre animæ egen-
ti, sed in te solum speranti: totum me ti-
bi do, non me renuas: ad te venio, non
me repellas: sonet in mentis meæ auri-
bus vox illa tua dulcis: Hodie mecum
eris in Paradiso.

Domine Iesu Christe fili Dei viui,
qui pro salute mundi in cruce es felle;
& aceto potatus: sicut tu consummatis
omnibus in cruce expirans, in manus pa-
tris commendasti spiritum tuum: sic in
hac hora mortis meæ, in manus pietatis
tuæ commendo animam meam, vt eam
in pace suscipias, & electorum chorus
aggregari præcipientias.

Deus meus, Deus meus, misericordia
mea, refugium meum. Te desidero, ad
te confugio, ad te venire festino: ne de-
spicias me sub tremendo discrimine po-
fitum, adesto mihi propitius in his meis
magnis necessitatibus. Ad te venio, qui
nullis dees: cupio dissolui, & esse tecum:
In manus tuas commando spiritum
meum Domine. Respic in me Domine
Deus veritatis: & presta mihi Deus
meus, vt in pace dormiam, & reque-
scam. Amen.

Hac item, & simili ratione poterit
cohortari.

Commenda te gloriæ virginis Ma-
ria, dicens: Maria mater gratiarum, mater
misericordiæ: tu nos ab hoste protege,
& in hora mortis suscipe.

Inuoca Angelos, tuum præcipue custo-
dem, dicens: Angele Dei, tu presertim
custos mihi afflita migranti ex hac vi-
ta: custodite me Angeli ab immundoru-
spirituum invasione; & animam meam
in vestrum consortium afflimate.

Commenda te sanctis Dei, presertim
quibus magis deuotus fuisti, dicens:
Sancti Dei omnes vestro nunc mihi o-
pus est patrocinio: vestris orationibus
citò mihi succurrите: tu presertim Bea-
tissima virgo, tu sancte. N. vel sancta.
N. in quem, vel quam confidentiam sem-
per habui: in hoc extremo necessitatis
articulo nō me deserbas: sed si vñq; alias,
nunc maximè me apud Deum adiua.

D E S A C R A M E N T O Ordinis.

Rubricæ, seu instructiones.

Quæ Parochus doceat, & exequatur.

S Acramenti ordinis dignitas, utili-
tas, & necessitas, quanta sit, ex eo
perspicue manifestum est, quod alia sa-
cramenta ab illo ita pendent, vt sine eo
illa partim confici, ministrariq; nullo
modo possint; partim solenni céremo-
nia, & religioso quodam ritu, ac pio
cultu carere videantur.
Atque si summus eius gradus spectetur,
hoc est sacerdotium; eius nobilitas at-
que excellētia apparebit: Sacerdotes
enim Dei interpres, & internunci
quodam sunt, qui eius nomine diuinam
legem, & vitæ præcepta homines edo-
cent, & ipsius Dei personam in terris
gerunt, non angelii solum, sed Diij etiam
appellantur, quod Dei immortalis vim,
& numen apud nos teneant.

Potestas Corpus, & Sanguinem Domini
nostrí conficiendi, & offerendi, tum
peccata remitti, que illis collata est,
humanam quoque rationem, atq; intel-
ligentiam superat; nedum ei aliquid
par, & simile in terris inueniri queat.
Inferiorum quoque graduum dignitas
ex eodem ipso capite potest demon-
strarri, prout magis minusve ad alta-
ris sacramenta suo quisque ministerio
accedit.

Cum

Cum igitur hoc sacramentum Archiepiscopus edicto proposito se ministraturum esse significabit, hec & alia multa ex catechismo Rom. & alijs doctrinis opportuno tempore Parochus tradet populo; & ijs presentim, qui ordinis suscepti sunt. & hec præterea exequitur.

Edictum de sacra ordinatione præfinito tempore promulgabit: literas pastorales item eo ipso de genere.

Processionem eo ipso promulgationis die intra ambitum Ecclesie ager, litaniastq; supplex recitabit.

Singulis diebus Dominicis per mensem ante statu ordinationis tempora premonebit, atq; hortabitur populum ad pie religiosèq; precandum pro sacra ordinatione proxime futura.

Dominico autem die ordinationem proxime antecedente, literas Archiepiscopi pastorales iterum de scripto recitabit.

Supplicationem præterea, processionem ve statu iterum obibit.

Denunciatibz populo ex prescripta formula statutorum sacerorum temporum ieiunia, & frequentius ob sacrae ordinationis causam orationis studium, præfertim statis ferijs, quarta scilicet, sexta, & Sabbato.

Formulam denunciationis temporum vide in Conc. 4. Prou. 119.

Monebit autem præcipue, vt populus preceatur; & pro Archiepiscopo, vt ordinis ijs conferat, quos utiles operarios ecclesia postulat; & pro ijs, qui ordinis suscipiunt, vt in dies habeant maiores progressiones in sanctis virtutibus. Et vero cum, vel edictum Archiepiscopale, vel literas eius generis pastorales, vel coru, qui hoc sacramento initiandi sunt, nomina euulgabit, vel tempore orationis, de illius dignitate sermonem suos instituet ad populum, vt supra demonstratum est.

Quo in tractationis genere ita toto animo, atque a deo omni piarum meditacionum studio incumbet, vt cum sibi, tum alijs etiam ecclesiastici ordinis hominibus, tum parochialibus suis concionando verè proficit.

Primùm vero ipse sanctis meditatio-

nibus, & precibus se se etiam atque etiam excitabit ad eam gratiam resuscitandam, quam hoc sacramento adeptus est. Deinde eo intimæ piae meditationis studio accensus, cùm alios, qui ad ordines vocati sunt, ad eadē pietatis officia ordinis dignitatē conuenientia vehementius inflammabit; tum alios clericis ordinis homines ad earum rerum cognitionem erudiet atq; instruet, quibus viam sibi ad ulteriores gradus facilius munire possint.

Præterea alios accendet, qui vel sua sponte, & voluntate, vel parentum cohortationibus, clericalis vitæ genus sequi velint.

Parentes etiā excitabit, vt filios huic militiæ sacræ offerant, oblatosq; religiosè edacent, aut educandos curent. Et quos offerunt, meliores, & aptiores ministerio Dei deligant; & quorum indoles præferat ipem virtutum disciplinæ sanctissimæ clericalis.

Docebit item, qua intentione offerant; non rei familiaris augendæ causa, non questus auiditatem, non familiæ sui suffitandæ studio, non honorum cupiditate, non ambitione, neque denique rei alterius cuiusvis humanæ affectu; sed ea solum causa, vt Deo, ecclesiæque seruiant.

Reliquis autem fidelibus ostendet, quanta sit cleri dignitas, & quo honore digni ecclesiæ ministri. Proinde grauiter, paternèq; eos arguet, qui clericos, sacerdotesve negligunt, vel aspernatur. Proponet isti molestias, curas, vigilias, quas populi causa illi sustinent: usque adeo, vt isti intelligent, honore, quem ipsi clericali, sacerdotali ve dignitati præstant, non tanti esse, qui dignitatis officij, & laborū sacerdotalium clericalem magnitudinem adæquat. In quum esse demonstrabit, honorem Sacerdotibus non exhibere, qui se se pro populo Deo obstrinxerunt.

Docebit præterea, dignitatem Sacerdotalem clericalemq; non à persona eorum, qui illam obtinent, sive obscurum loco, sive humili genere nati sunt; sed ab officij munere administratione q; pederere: nec propterea illos estimandos esse, quatenus homines sunt, sed tanquam

S 3 dispen-

Conc. Ma-
tisconensis
sc. i.c. 15.

Mat. 10.

dispensatores mysteriorum Dei: quorū omnis adm infiltratio illis commissa, ad populi salutem, & perpetuam utilitatem spectat.

Sed cum multæ summorum pontificum epistole, & canones demonstrant, ac declarant honorem, qui honoratis clericis (quos Sacerdotes, & diaconos intelligunt) tribui debet; tum vero unus præcipuus est à Concilio Matisonensis patribus conscriptus in hanc ipsum sententiam:

Statuimus, vt si quis quæmpiam clericorum honoratorum in itinere obiuj habuerit, usque ad inferiorem gradum honoris venerâter, sicut condocet Christianum, illi colla subdat, per cuius officia, & obsequia fidelissima Christianiatis iura promeruit. Et siquidem ille secularis equo vehitur, clericusq; similes; secularis galerum de capite aferat, & clericò sincerae salutationis munus adhibeat: si vero clericus pedes gravit, & secularis vch itur equo; illicò ad terram defluat, & debitum honorem predicto clero sincerae charitatis exhibeat: vt Deus, qui vera charitas est, in utrisque lætetur, & dilectione sua utrumque adfiscat. Qui vero haec, quæ spiritu sancto dictante sancta sunt, transgreedi voluerit, ab ecclesia, quam in suis ministris dehonorat, quamdiu Episcopus illius ecclesia vulerit, suspendatur.

Quam gratus autem sit Deo honor, quam grata obedientia, que ecclesiasticis hominibus, presertim sacerdotibus prestatur, facile offendit sacrarum literarum doctrinæ: rur fusque quod præmium ob eam causam à Deo ferent, qui illius ministros suscipiunt, & honorant, quique illis obediunt. [Qui vos audit, me audit; & qui vos spernit, me spernit: & qui recipit Prophetam in nomine Prophetæ, mercedem Prophetæ accipiet:] inquit Christus Dominus.

Sunt huius generis loci, quæ plurimi, quibus Parochus abundare debet, vt & se, & alios exciter ad muneras sui partes.

Docebit eos, qui Ordinis sacramenta initiantur, vt non solùm quod cum omnibus communè est, sibi proponant, vt omnipibus in rebus Dei gloriæ seruant;

sed etiam alicui certo ecclesiæ ministerio addicti, vita innocentia, morum castitate, iustitia, religione, pietate, lenitatemq; ceteris longè prætent, preci-
pui illis munib; & functionib; o-
beundis, quas in ecclesia exequi debet;
& vero tales denique se exhibeant, præ-
sertim, qui sacerdotio initiantur, curâq;
animatorum suscipiunt, quales Beatus Paulus Apostolus esse oportere scribit, nem
pe [ir]reprehensib; lobrios, pruden-
tes, pudicos,] & reliquis virtutib; ex-
cultos: quarum officia, & Apostolica
doctrina, & sanctorum patrum discipli-
na, & sanctorum conciliorum decreta, &
canonum leges, & sanctæ matris Ecclesie
instituta, ac ritus in illis maxime de-
siderant, qui Christi Domini sacerdotio funguntur.

Declarabit etiam Parochus, vt ecclesiastici ministerii, & præsertim sacerdotialis functionis excellentiam fideles intelligent, preci pia munera atq; officia, quæ Christus Dominus clericalis ordinis hominibus, ac potissimum sacerdotibus commendauit; vt animarum saluti, quam profuso sanguine in aræ crucis operatus est, per illos consulteretur.

Primùm Christus Don inus hoc manda-

tum eis dedit, præ ipuumq; manus co-

misi, vt Euangeliū prædicarent, re-

gnū Dei antu[n]ciarent, vimq; diuinæ

legis traderent, omnesq; instituerent

ad scientiam salutis.

Deinde Baptismum, & alia sacramenta,

quibus diuina gratia impartitur, & au-

getur, per eos ministrari voluit.

Præterea, sacerdotes sacrificiū pro se ip-

sis, & pro omni populo facere præcepit.

Hæc, & alia munera atq; officia sanctissima,

quibus salus populi curatur, Paro-

chus accusatissime explicabit; vt qui

ecclasiastico ordini adscribi volunt, fa-

cile intelligent, se vocari ad magnas,

diuinæq; functiones, docebit vero, non

humana quidem industria ea geri posse;

sed diuina gratia, cœlestiæ virtute opus esse, quæ per Ordinis sacra-
mentum, & ex sancta animi præparatione,

spiritualib; quæ exercitationibus mi-

nistris ecclesiasticis confertur.

De de-

De denunciatione, & Inquisitione
Parochi.

Denunciationem de ijs, qui ordinandi sunt, in ecclesia parochiali habendam, itemq; inquisitionem de eo rudent natalibus, & aetate, moribus, & vita faciendam, fideliter diligenterq; prestat; literasq; testimoniales accurate cōficiat ad Archiepiscopum dandas ex eius mandato.

Formula denunciationis vulgari sermone cōcepta, supra posita est. pag. 447. Parochus prēterea, vt populus intelligat impedimenta, quibus aliquis irretitus Ordinis sacramento initiari non potest, aut non debet; ea quæ sint, quandoque denunciet; & si opus est etiam ex planet. sunt autem.

Minores aetate cuiq; ordini requisita. Criminosi.

Hæresis nomine suspecti.

Ebriosi.

Impudici.

Vsurarij.

Scurræ, mimi, comedî, histriones.

Infames quoquæ modo, & vitijs deti.

Ratiocinij obligati.

Insigniter deformes, & corpore viati.

Illegitimè nati.

Bigami quacunq; bigamiæ specie.

Irregularis, veluti.

Qui Itipendium belli fecerint, vnde cedes hominum extiterit.

Qui sententiam capitis tulerint.

Qui criminis capitalis acta, sententiam, testificationesque dictarint, aut conscriperint.

Qui causas criminales egerint.

Suspensi.

Interdicti.

Excommunicati.

Amentes.

Morbo caduco laborantes.

Energumeni.

Ante tempus, aut per saltum ordine initia.

Qui beneficium, aut facultates non habent, vnde vivere possint, si sacros ordines suscepturni sunt.

Qui non sunt confirmati.

Cum autem de aetate, natalibus, moribusq; ordinandi ipse studiosè omni via inquirere debeat; de aetate quidem, & natalibus ad hanc rationem per quiret; si modò id munus, alij ab Archiepiscopo non mandetur.

Primo videbit, an eius, qui initiandus est, nomen, cognomen, & diem certum in libro parochiali baptizatorum compere possit. è quo libro, si inuenierit, exemplum exscribat: suaq; duorumq; testimoniū manu, si commodè fieri potest, obsignet: vt constare possit, quo tempore is baptizatus fuit.

Ex libro item matrimoniorum, si inuenitur, exemplum item sumet, cuius testimonio probetur, matrimonium inter illius parentes legitimè contractum.

Quod si fortassis eiusmodi libri non existant; eam inibit rationem, vt testes fide dignos, nempe vicinos, parentes, aliosve, qui illum norint, ex mandato Archiepiscopi peritè examinet; ita vt ex eorum testimonio constet, ex quibus parentibus, & quo tempore natus sit, anq; ex legitimo matrimonio.

Si verò de illius aetate, & de parentum matrimonio, ipse Parochus aliquid novetur: id in verbo sacerdotis verè testatum faciat literis manu sua scriptis, atque obsignatis: quibus testatum etiam faciat rationem, & causam, vnde illa sciat.

De vita, & moribus, interrogabit precl puè ordinandi magistrum, ac præceptorem, si quæ habet; & parochiales itē homines morum grauitate probatos, & alios quoq; , qui illum benè norint.

Ipse verò semper quam diligentissimè obseruabit clericorum parochialium vitæ disciplinam, mores, studiorum, & exercitationum clericalium instituta, omnemq; agendi usum; vt opportunè tempore de ijs possit testificari.

Cura Parochi de adscribendis militiæ clericali.

Conditiones eorum, qui initiandi sunt, Parochus benè nosse fluideat: vt quantum in eo sit, qui ex eius parochia sint ordinandi, curet ijs non carcere.

S 4 Vt in-

Vt instructi in primis sint vita spiritali studijs atque exercitationibus.
 Non int sanctas illas virtutes christianas, quarum officijs ipsi arcitius quam laici homines deuinciuntur. Atq; illæ quidem sunt, deuotionis pietatisq; zelus, castitas, sobrietas, pax, charitas, oratio, usus frequens sanctissimorum sacramentorum, aliaeque multæ vita spiritualis exercitationes, in quibus perpetuus esse debet ecclesiastica vita cursus.
 Quod diligentius item clericalis disciplina, vitaq; religiosæ institutis, i, qui vel sponte se clericali militiae adscribi volunt, vel à parentibus adhuc infantes destinantur, imbuantur sicut crebro illos Parochus premoneat, ut ecclesiam, vel parochialem, vel aliam, quæ ex decretorum provincialium prescripto eis assignata fuerit, frequentius audeant; functiones, quas clerici in ecclesia obeunt, ceteraque id generis ministeria religiose obseruent, ad rationem functionum, quæ in Concilio Prouinc. primo, & quarto prescriptæ sunt: & ex forma, quam Archiepiscopus in eo genere proponi iussuerit. item ut ecclesiasticorum hominum pietate præcellentium consuetudine vntantur.
 Hac ipsa in re valde etiam elucebit Parochi pietas, si quamplurimos potest pueros, presertim pauperes bona indole preditos, qui spem afferant, se sacrissimis, ecclesiæ ministros utiles fore, ad ecclesiastica vita normam accurate erudit. Doctrinis etiam, ut pro ratione ordinis, cui adscribi volunt, eruditæ sint, euret. Musica modulationis, quæ in firmum cantum vocant, periti, ut ordo postulat, in quem volunt cooptari. Cæremonias ritusque ordinis intelligent, quo initiantur. Curabit etiam, ut cum ante statâ ordinationis diem ad Archiepiscopum conuenient, decenti vestitu clericali induti sint, & congrua pro sui ordinis ratione clericali tonsura in vertice insigniti. Qui vero tonsura nondum initiati sunt, vestitum clericalem tantummodo induant ex facultate concessa.

Tit. q. pert. ad facr. ordinis p. 141 Docebit, ut testimonia Concilij Pro-

vincialibus, & in primis Concilio quarto prescripta, afferant.

D E S A C R A M E N T O Matrimonij.

Rubricæ, seu instructiones.

Quæ Parochus doceat.

VT matrimoniorum inter fideles sancte contrahatur, sed diligentius Parochio curandum est, quod grauius aliquando à plerisq; peccari solet. Habet itur ipse in primis recte cognita precepta illa omnia, que in matrimonij recte conficiendis scrupuli oportere, ecclæsica Synodus Tridentina iussit: ut illa ipsa omnia accuratissime, inviolata, seruanda curet.

Dabit etiam operam, ut illius Tridentinæ sanctionis iusta preceptaque parochiales sui teneant.

Proindeq; sapienter, presentim vero certis Itatis Dominicis diebus illam sanctionem recte denunciat, atque adeo explicabit, ad prescriptum diocesanæ constitutionis.

• Sacramenti aut huius institutionem, vim, naturam, & sanctitatem, Parochus, aliisve sacerdos, cui facultas celebrandi matrimonij data, aut permissa est, sapienter, & ut maximè potest accurate, fidelibus ex catechismi Romani doctrina explicabit, ut oœs non solùm perspicue intelligant, sed religiosæ obseruent, cuius rei causa matrimonij institutum sit, & quam animi preparationem, pietatemq; in eo contrahendo requirat.

In hoc porrò tractationis genere Parochio quo sepius versandum est, sed studio suis rationes colligendæ sunt, ex sacris literis, alijsque ecclesiasticis monimentis de promptæ, atque ex sancte disciplina Christianæ fontibus haustæ; quibus potissimum hac tria doceat: primum, quo modo matrimonium sancte contrahendum est: deinde quo modo in eo castæ, pieq; versandum; tum quo præterea modo, in eo bene moriendum. Docebit igitur, quo animi affectu, & quam ob causam fideles matrimonium ineant. Quo in genere demonstrabit,

ad ill-